Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



C Rome uia ostiensi natalis beati Cyriaci diaconi & sociorum martyrum Largi & Smaragdi cum aliis .xx. tempore diocletiani imperatoris. Apud urbem quam gallie urbem sci Seueri pbri & confessoris. Qui ut ei gesta testantur causa euangelii predicandi laboriosa peregrinatione suscepit. & ad prefatam urbem deueniens. ingentem paganorum multitudinem uerbo & miraculis ad fidem xpi conuertit. Cumque in pace quieuisset. in basilica sci Stephani signis clarus mira fidelium ueneratione colitur.

D Vigilia sci Laurentii martyris. Apud colonia tuscie natalis sociorum Secundiani Marcelliani & Veriani. Qui tempore decii sub exilii premio primum cesi sunt. deinde ineculeo suspensi. & unguibus abrasi atque igne lateribus apposito assati. triumphale martyrium capitis cesi meruerunt. Rome sci Romani militis. Qui confessione beati Laurentii coniunctus petiit a beato baptizari. & mox iubente decio cum fustibus exhibitus ac decollatus est.

E Rome uia tyburtina natalis beati LAVRENTII archydiaconi. Qui presente decio imperatore per plurima tormenta carceris. uerberum diuisorum lamminarum ardentium. adultimum uinculis ferreis assatus martyrium consummauit. Eodem die rome sociorum martyrum centum. xl. quinque.

F Rome natalis duorum laurorum sci Tyburtii martyris. filii chromatii prefecti. Qui sub iudice fabiano. cum nudis plantis super carbones ardentes ingressus. xpm minori existere constantia. ducti sunt cum militibus ab urbe. & ibidem gladio animaduersi iubentur. Item rome sce Susanne uirginis. Que cum esset nobili prosapia orta. & beati Gaii pontificis neptis. martyrii palmam tempore diocletiani. capitis optrunctione promeruit. Item uiuitate cameracensi sci Gaugerici epi & confessoris.

A Apud castellum ebroas sci Taurini epi.

G In sicilia ciuitate catana natalis sci Euplii diaconi. sub diocletiano & maximiano augustis. Qui cum durissime. pro confessione dni torqueretur. tandem martyrii palmam gladio cedente percepit. Apud augustani urbem sce Hilarie. matris sce Afre martyris. Que cum ad sepulchrum illi excubaret. ibidem pro fide xpi. a persecutoribus igni